

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Gula n
cum uariis

Non ad conflictum spiritualis agonis assurgitur, si non prius intra nosmetipsos hostis positus, gula uidelicet appetitus, edomatur; quia si non ea que nobis sunt uiciniora prosternimus, inaniter ad ea que longius sunt impugnanda transimus. Incassum namque contra exteriores inimicos in campo bellum geritur, si intra urbis menia ciuis insidians habetur.

Gregorius libro XXX. moralium.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

agonis] angonis P V¹; ea] nobis *add.* (*del. sub lin.*) B; libro *om.* P V¹ V² L¹ L²